

# Universitätsbibliothek Wuppertal

## Davidis Ruhnkenii Opuscula Varii Argumenti, Oratoria, Historica, Critica

Ruhnken, David

Lugduni Batavorum, 1823

Disputatio de festis Dionysiorum apud Atticos

---

**Nutzungsrichtlinien** Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.

Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

[urn:nbn:de:hbz:468-1-1660](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:468-1-1660)

## DISPUTATIO

D E

## FESTIS DIONYSIORUM

A P U D

A T T I C O S .

[Ex auctario emend. ad Hesych. T. I. p. 1000, vs. 17.]

**Δ**ιονύσια· ἑορτὴ Ἀθήνησιν, ἣ Διονύσῳ ἤγετο, τὰ μὲν  
κατ' ἀγροῦς, μὲνός Ποσειδεῶνος· τὰ δὲ κλαῖα, μὲνός  
Ληναίων· τὰ δὲ ἐν ἄστει, Ἐλαφιβολιῶνος. ] Vix alius  
Hesychii locus est, qui tot hominum eruditorum con-  
jecturis vexatus sit, et tantam praebuerit disputandi  
materiam. Nos insignem ejus varietatem e Lex. Rhet.  
MS. prodamus, et simul, occasione invitati, *Libera-  
rium Atticorum* rationem, quam multi illustrare con-  
nati sunt, nemo recte illustravit, e tenebris in lu-  
cem revocemus. Lexicon igitur, quod diximus, MS.  
ita habet: Διονύσια. ἑορτὴ Ἀθήνησι Διονύσου. ἤγετο δὲ  
τὰ μὲν κατ' ἀγροῦς, μὲνός Ποσειδεῶνος· τὰ δὲ Ληναῖα,  
Γαμηλαιῶνος· τὰ δὲ ἐν ἄστει, Ἐλαφιβολιῶνος. Vera  
est, et ab ipso erudito Grammatico profecta scriptu-  
ra, Ληναῖα· eamque restituendam esse divinarunt *D.  
Heinsius, Soringius, Salmasius*, alii. Altera Γαμη-  
λαιῶνος qualis sit, mox videbimus. Unus ex omni  
antiquitate, quod sciam, Hesychius explicite et di-  
stincte docet, tria diversa fuisse Dionysia, et suum  
singulis tempus accurate assignat. Prima fuerunt

τὰ



τὰ κατ' ἀγροῦς, mense Posideone celebrari solita, fortasse non diversa ab Ἀσκωλοῖς et Θεοῖοις, quae elegans est conjectura Ed. Corsini *Fast. Att.* T. II. p. 309. Nam haec festa Cornutus *de N. D.* 30. p. 218. et Harpocrat. v. Θεοῖοιον scribunt, in Bacchi honorem κατὰ τὰς Ἀττικὰς κάμας vel κατὰ τοὺς δήμους esse celebrata. *Ruralium* tempus cum Hesychio in Posideone ponit Theophrast. *Char.* IV. nec obscure significat Liban. *Ep.* 1133. Καὶ μὴν ἦν δυσχεραίνεις παρ' ἐμοὶ τοῦ ἔτους ὄραν, παρελήλυθε, καὶ ὕψος οἱ βότρυες οἴνος, καὶ ὁ Διόνυσος πάνταχού τῶν ἀγρῶν ἔδεται, ὥστε ἀναπέπνευκα τρυγητοῦ φανέντος. De illorum festivitate vid. Isaeum *de Ciron. hered.* p. 70. et Plutarch. T. II. p. 1098. B. Secunda Dionysia fuerunt τὰ Ληναῖα, mense Lenaeone, vel, quae idem mensis est, Anthesterione agitata. Tertia τὰ ἐν ἄστει, vel τὰ κατ' ἄστει, vel τὰ ἀστικὰ, quorum solemnitas in Elaphebolionem incidebat. Ultimum genus, cujus ratio satis expedita est a Jac. Palmerio *Exerc. in Auct. Gr.* p. 617. et L. Küsterō ad Aristoph. *Thesmoph. init.* leviter perstringemus. Adeat, qui plura cognoscere velit, scriptores laudatos a J. Tayloro V. Cl. *ad Argum. Or.* Demosthen. *in Midiam* p. 170. De primo et secundo genere, quod maxime controversum est, diligentius disseremus. Magna exoritur dubitatio, sintne τὰ κατ' ἀγροῦς Διονύσια eadem, quae Ληναῖα, an diversa? Nullum inter illa discrimen statuunt Apollodorus in *Chronicis*, et Aristophanis Scholiastes. Alter ita apud Stephan. Byz. v. Λήναιος. Λήναιος, ἀγῶν Διονύσου ἐν ἀγροῖς, ἀπὸ τῆς ληνῶ. Alter ad Comici *Acharn.* vs. 201. Ἄξω κατ'



κατ' ἀγροῦς Διονύσια.] Τὰ Λήνια λεγόμενα. ἔνθεν τὰ  
 Λήνια, καὶ ὁ Ἐπιλήναιος (leg. ὁ Ἐπι Ληναίῳ) ἀγῶν  
 τελεῖται τῷ Διονύσι. Λήναιον γὰρ ἔστιν ἐν ἀγροῖς ἱερὸν  
 τοῦ Διονύσου. et vs. 503. τὸ δεύτερον ἐν ἀγροῖς, ὁ Ἐπι  
 Ληναίῳ λεγόμενος. Verum horum Grammaticorum  
 gravis et manifestus error est, in quem, nollem,  
 secum traxissent bonarum literarum principes, Jos.  
 Scaligerum de *Emend. Temp.* I. p. 29. et Is. Ca-  
 saubonum ad Theophrast. *Char.* IV. p. 131. et de  
*Satyr. Poës.* I. 5. p. 160. Fluxit autem error, tot  
 virorum doctorum libros deinceps pervagatus, ex  
 male intellecto Aristophane. Comicus ille *Acharn.*  
 vs. 201. Ἄξω τὰ κατ' ἀγροῦς εἰσιῶν Διονύσια. vs. 251.  
 Ἀγαγεῖν τυχηρῶς τὰ κατ' ἀγροῦς Διονύσια. At idem  
 ejusdem fabulae vs. 503 (\*). Αὐτοὶ γὰρ ἐσμὲν,  
 οὐπὶ Ληναίῳ τ' ἀγῶν. et vs. 1153. 1154. Ὅς γ'  
 ἐμὲ τὸν τλήμονα, Λήνια χορηγῶν, ἀπέλυτ' ἀδειπνον.  
 Quis non credat, τὰ κατ' ἀγροῦς Διονύσια, et Ληναῖα,  
 ab Aristophane promiscue dici? Atque ita dici cre-  
 diderunt non modo Apollodorus et Scholiastes Ari-  
 stophanis, sed etiam Ez. Spanhemius ad *Argum.*  
*Ranar.* ut alios praeteream. Enimvero tantum ab-  
 est, ut inde conficiatur, *ruralia Liberalia* et *Lenaea*  
 idem festum fuisse, ut illi ipsi loci, accuratius ex-  
 cussi, discrimen, quod inter haec duo festa fuit, cla-  
 rissime demonstrent. Scena hujus fabulae Athenis  
 est: habentur comitia de maximi momenti rebus: ad-  
 sunt Acharnenses, in his Dicaeopolis, qui longi  
 bel-

[(\*) Cf. Valcken. in *Diatr.* ad Eurip. *Fragm.*  
 p. 14.]



belli p̄taesus, ceteris bellum praeferebant, pacem sibi soli a Lacedaemoniis comparat. Qua impetrata, gaudio exultans, Athenis avolat in pagum suum, Acharnam, ibique celebrat τὰ κατ' ἀγροῦς Διονύσια, quae propria erant pagis (\*). Vid. vs. 200. 251. et 265. Mox vero Athenas reversus, cum Atheniensibus *Lenaea* celebrat, eorumque mentionem facit vs. 503. Nam hoc drama *Lenaeis* editum esse, tum multa alia, tum vetus Didascalia, docent. Hanc Aristophanis interpretationem, nescio, an quasi per nebulas viderit Jo. Seldenus, vir longe doctissimus, ad *Marm. Oxon.* p. 169. Maneat igitur, quod non solum Hesychius, sed multo locupletior auctor, Theophrastus *Char.* IV. docet, a *Ληναίοις* diversa fuisse τὰ κατ' ἀγροῦς Διονύσια. Porro Scholiastes Aristophanis errat etiam in eo, quod *Lenaeum* in agris ponit. *Lenaeum* fuit ambitus septus in urbe, complectens vetustissimum Bacchi Lenaei templum, propter quod deinde theatrum exstructum est, in quo scenica certamina committe-

[(\*) Huc referantur, quae ad Muretum, simile quid in Plauto reprehendentem Var. Lect. XIV, 16, aliquot annis postea annotavit Ruhnkenius, T. II, p. 334: „Simile ad-  
 „ versus leges dramaticas peccatum in Aristophanis Achar-  
 „ nensibus notavimus ad Hesych. v. Διονύσια. In quo forte  
 „ minus acerbè nos reprehendisset Gaspar Aloys. Oedericus  
 „ de Marmor. Didascal. p. 102. si hanc Mureti disputatio-  
 „ nem legisset. Sed satis est, nostram sententiam probari  
 „ acutiorei iudici, Dan. Wyttenbachio Bibl. Crit. Vol. II,  
 „ Part. III. p. 69.”]



rentur. Hesychius ex Theonis vel Didymi Lexico Comico, quod Aristophan. *Acharn.* vs. 503. explicabat: Ἐπι Ληναίῳ ἀγῶν. ἔστιν ἐν τῷ ἄστει Λήναιον, περιβολῶν ἔχον μέγαν, καὶ ἐν αὐτῷ Ληναίου Διονύσου ἱερὸν, ἐν ᾧ ἐπετελοῦντο οἱ ἀγῶνες Ἀθηναίων, πρὶν τὸ θέατρον οἰκοδομηθῆναι. Sic ille locus legendus est; quem pariter ac reliquos Hesychii locos, ad hoc argumentum pertinentes, nugatoriis conjecturis corrupit S. Petitus ad *Legg. Att.* p. 114. Etymol. M. Ἐπι Ληναίῳ. περιβαλλὸς τις (περιβολὸς τις ex Suida corrigit Seldenus *l. c.*) μέγας Ἀθήνησιν, ἐν ᾧ ἱερὸν Διονύσου Ληναίου, καὶ τοὺς ἀγῶνας ἦγον τοὺς σκηνηκούς. Photius *Lex. MS.* Λήναιον. περίβολος μέγας Ἀθήνησιν, ἐν ᾧ ἐπὶ ἀγῶνας ἦγον πρὸ τοῦ θεάτρου οἰκοδομηθῆναι, ἰνομάζοντες, Ἐπι Ληναίῳ. ἔστιν δὲ ἐν αὐτῷ καὶ ἱερὸν Διονύσου Ληναίου. Emenda: ἐν ᾧ τοὺς ἀγῶνας ἦγον πρὸ τοῦ τὸ θέατρον οἰκοδομηθῆναι. *Lex. Rhet. MS.* Λήναιον. ἱερὸν Διονύσου, ἐφ' οὗ τοὺς ἀγῶνας ἐτίθεσαν πρὸ τοῦ τὸ θέατρον ἀνοικοδομηθῆναι. Situm fuit *Le-nacium* prope arcem in ea Athenarum parte, quae *Λίμναι* vocabatur. Isaeus *de Ciron. hered.* p. 72. οἰκίας δ' ἐν ἄστει δύο. τὴν μὲν μίαν, μισθοφοροῦσαν, παρὰ τὸ ἐν Λίμναις Διονύσιον. ubi Harpocrat. v. Ἐν Λίμναις, legit παρὰ τὸν Ἐ. Λ. Διόνυσον (\*). Phanodemus apud Athen. X. p. 437. D. τῆ ἱερείᾳ ἀποφέρειν στεφάνους, πρὸς τὸ ἐν Λίμναις τέμενος. Hesychius: Λιμνογενές. (*Bacchi* epitheton videtur) Λίμναι. ἐν Ἀθήναις τόπος ἀνειμένος Διονύσῳ, ὅπου τὰ Λήναια ἦγετο. Anonymus auctor *argum. Or. Demosthen. in Mid.*

[(\*) » Διονύσιον vero in Ced. MS. Harl." KIDD.



καὶ τὰ μὲν μικρὰ (Διονύσια) ἤγετο κατ' ἔτος τὰ δὲ  
 μεγάλα, διὰ τριετηρίδος ἐν τοῖς ληνοῖς. ubi forte legan-  
 dum, ἐν ταῖς Λίμναις. Sed satius est, suos imperito  
 Graeculo errores relinquere. Alia vide apud Kuster.  
 ad Suid. v. Ἐν Λίμναις. Olim populus in Lenaeo  
 de tabulatis ludos spectabat. Sed postea, urbis splen-  
 dore amplificato, theatrum in eo excitatum est. He-  
 sychius v. Ἰκρία. — καὶ τὰ ξύλινα καταστρώματα οὐ-  
 τως ἐλέγοντο Ἀθήνησιν, ἃφ' ὧν ἐθεῶντο πρὸ τοῦ τὸ ἐν  
 Διονύσου θέατρον γενέσθαι. ubi vid. D. Heins. τὸ ἐν  
 Διονύσου θέατρον etiam vocat Plutarch. X. Orat. Vit.  
 p. 841. C. ubi similiter praepositio ἐν de vicinia ca-  
 pienda est. Nam Pausan. I. 20. hoc theatrum juxta  
 Bacchi templum collocat: templo adjungit Ulpian.  
 in Demosth. adv. Mid. p. 90. Agonem, qui in  
 Χύτροις instituebatur, in hoc theatro habitum esse,  
 certum est ex Aristoph. Ran. vs. 221. ubi vid. Schol.  
 Nihil ad hoc theatrum pertinet Διονυσιακὸν θέατρον ἐν  
 Πειραιεῖ: neque ad tria Dionysia, de quibus disputa-  
 mus, referenda sunt Διονύσια ἐν Πειραιεῖ, quae huc  
 trahit Spanhemius, multa turbans ad Argum. Ranar.  
 Certe non magis illa huc pertinent, quam Διονύσια  
 ἐν Βραυρώνι, de quibus adeundi Schol. Aristoph. ad  
 Pac. vs. 874. et Magnus Hemsterhusius ad Polluc.  
 IX. 74. Sequitur, ut de tempore, quo Lenaea cele-  
 brata sint, dicamus. Hesychius eorum celebratio-  
 nem in Lenaeone ponit, Lexi. Rhet. MS. in Game-  
 lione. Lenaeonis nomen postquam semel ad Jones  
 transiit, et Anthesterioni locum fecit, rarius in Atti-  
 corum monumentis reperitur. Nec memini, me il-  
 lud alibi, praeterquam apud Aristidem T. I. p. 280.



legisse. Hesychius vero Lenaeorum tempus sighans, magis consentaneum existimavit, Lenaeonem, qui a Lenaeis nomen invenisset, quam Anthesterionem, appellare. Ac nescio, an haec nominis insolentia librarium Lexici Rhet. MS. moverit, ut μηνός Ληναίων mutaret in Γαμηλαιῶνος, vel Γαμηλιῶνος. Sed undecunque haec lectio manarit, falsa est, et repudianda. Nam Lenaeorum sollemnitatem in Lenaeonem vel Anthesterionem incidisse, magno consensu veteres tradunt. Hesychius: Ληναίων. μῆν. οὐδένα τῶν μηνῶν Βοιωτῶν οὕτω καλοῦσιν. εἰκάζει δὲ ὁ Πλούταρχος Βουκάτιον. καὶ γὰρ ψυχρὸς ἐστίν. ἐνιοὶ δὲ, τὸν Ἑρμαῖον, ὅς κατὰ τὸν Βουκάτιον ἐστίν. καὶ γὰρ Ἀθηναῖοι τὴν τῶν Ληναίων ἑορτὴν ἐν αὐτῷ ἄγουσιν. Quem locum Hesychius excerpserit ex veteri Grammatico enarrante Hesiodum *Ἔργ. καὶ Ἡμ.* vs. 504. qui sua hauserat ex Plutarchi deperdito in hoc pōema Commentario. Res patet e Proclo: Πλούταρχος οὐδὲ ἀφίησι μῆνα Ληναίων Βοιωτοὺς καλεῖν. ὑποπτεύει δὲ ἢ τὸν Βουκάτιον αὐτὸν λέγειν, — ἢ τὸν Ἑρμαῖον. Scribendum: Πλούταρχος οὐδένα Φησὶ μῆνα etc. In Anthesterione hoc festum etiam collocat Philostratus *de Vita Apollon.* IV. 21. ubi quos *Goth. Olearius* commisit errores, quamvis immanes, libenter praetermittimus. Accuratius Thucydides II. 15. sollemnitatis tempus finit ipso die, qui est XII. Anthesterionis, commemorando. Cum Thucydide viri docti bene contulerunt Demosthen. *adv Neacr.* p. 591. qui Bacchi in Limnis templum, narrat, tantam priscoe religionis opinionem habuisse, ut non nisi semel quotannis Anthesterionis XII. aperiretur. At in hoc ipsum Lenaeorum tempus, et diem



diem adeo, incidunt Anthesteria, vel Πισθολγία, Χόες, Χύτροι, quae Anthesteriorum partes dicuntur ab Apollodoro apud Harpocrat. v. Χόες, et apud Schol. Comici ad *Acharn.* vs. 960. Nam Πισθολγία, teste Plutarcho *Sympos.* III. 7. undecimo Anthesterionis celebrabantur: Χόες duodecimo, ut tradunt Harpocrat. v. Χόες, et Hesych. v. Δαδεκάτη, non decimo, ut habet Schol. Aristophan. ad *Acharn.* vs. 960. bene castigatus a Jo. Meursio *Att. Lect.* IV. 13. Χύτροι ejusdem mensis decimus tertius dies consecratus erat, auctore Philochoro apud Harpocrat. v. Χύτροι, et apud Schol. Aristoph. ad *Acharn.* vs. 1075. Quid igitur? An *Anthesteria* eadem fuerunt, quae *Lenaea*, sive quae in *Limnis* agitabantur, sicut *Anthesterion* idem mensis fuit, qui *Lenaeon*? Ita visum est Scaligero, Casaubono, Seldeno, et D. Petavio ad *Themist. Or.* V. p. 410. quamvis nullo certo testimonio nixis. Nos rem ex uno Aristophane ita demonstramus, ut nullus dubitationi locus relinquatur. In *Acharnensibus* vs. 960. Lamachus sibi jubet imperitari turdos ad Choas, qui cum maxime celebrabantur: Εἰς τοὺς Χόας αὐτῷ μεταδῶναι τῶν κηλῶν. cum quo versu jungendus vs. 1209. Τοῖς Χουσί γὰρ τις ἔμβολας ἐπέκτετο. Praeterea vs. 1057. Boeotii sub illud ipsum Bacchi festum in Atticam incursionem fecisse dicuntur: Ἐπὶ τοῖς χόας γὰρ καὶ Χύτροις αὐτοῖσι τις ἠγγεῖλε ληστὰς ἐμβαλεῖν Βοιωτοῖς. Quid ex hoc temporis indicio cogi potest? Nempe fabulam editam esse in festo χόων. At ex vs. 503. et 1153. in *Lenaeis* editam esse liquet. Est igitur clarius, Χόας partem esse *Lenaeorum*, *Lenaea* nihil differre ab *An-*



thesteriis. *Ranas* Aristophanes docuit in iisdem *Lenaeis*, ut ex veteri *Didascalia* discimus. At in ipso dramate vs. 217. seqq. fabula in *Χύτρων* festo acta dicitur: Ἦν ἀμφὶ Νυθηΐον Διὸς Διόνυσον ἐν Λιμαναίσιν ἰαχῆσαμεν, Ἦνιχ' ὁ κραιπαλοκῶμος τοῖς ἱεροῖσι Χύτροισιν Χωρεῖ κατ' ἐμὸν τέμενος λαῶν ὄχλος. ubi *ιαχῆσαμεν* intelligendum est *cantare solemus*. Ex hoc etiam loco efficitur id quod volumus, *Lenaea* comprehendere *Χύτρος*. Verum, si *Χόες* et *Χύτροι* partes sunt *Lenaeorum*, cur *Alciphron* II. 3. p. 230. *Χόας* a *Lenaeis*, cur *Hippolochus* apud *Athen.* IV. p. 130. *E. Aelian.* II. A. IV. 43. et *Diog. Laërt.* III. 56. *Χύτρος* a *Lenaeis* distinguunt? Nos, ubi veterum testimoniis destituimur, non poenitet hanc conjecturam sequi. Etsi *Lenaea* vel *Anthesteria*, tanquam genus, complectebantur tres formas, *Πιθολγία*, *Χόας*, *Χύτρος*, tamen praeter illas, quartam etiam formam fuisse videtur, per eminentiam quandam dicta *Ληναία*, cujus solemnitati dicatus fuerit peculiaris dies, forte decimus aut decimus quartus *Anthesterionis*. Venit etiam in mentem, *Πιθολγία* alio nomine *Ληναία* appellari potuisse, propterea quod primo *Lenaeorum* die agebantur. Quod si nobis duplices *Χόας* et *Χύτρος*, alios *in urbe*, alios *in agris* celebratos, fingere liceret, ut finxit *Jac. Perizonius* ad *Aelian.* V. H. II. 41. nihil haeremus. Sed veteres ignorant haec duplicia festa: in *Diogene* autem *Laërt.* IV. 8. quem *Perizonius* frustra tentat, et huic opinioni accommodat, pro τοῖς κατασχοῦσι παρὰ Διονυσίῳ, legendum est, τοῖς κατ' ἔτος Χουσί παρὰ Διονυσίῳ. ut apud *Alciphronem* l. c. τῶν κατ' ἔτος Χοῶν.



Si fides est antiquis *Hesiodi* Interpretibus *l. c.* et Etymol. M. p. 564. 12. Lenaea etiam dicta sunt Ἀμβροσία. Hactenus de *Lenaeis*. Superest, ut controversiam de *Dionysiis* simpliciter dictis, quae inter viros dictos agitur, breviter dirimamus. Seldenus *l. c.* quoties *Dionysia* per se sola ponantur, intelligi vult *Lenaea* vel *Anthesteria*, ita tamen fluctuans propter locum *Diogen. Laërt. III. 58.* ubi Διονύσια absolute dicta a *Δηναίοις* diserte distinguuntur, ut aliquando etiam *urbana* et *ruralia* intelligi posse dicat. Seldeni opinioni diceres favere *Ulpianum* in *Demosth. adv. Leptin.* p. 16. Τοῖς μεγάλαις Διονυσίαις Ἀνθεστηριῶνος μηνὸς, πλείονος αὐτῶ γενομένης δαπάνης. Verum *Ulpianus* haud dubie vel scripsit, vel scribere voluit Ἐλαφηβριλιῶνος, id quod etiam *Palmerio Exerc. in Auct. Gr.* p. 618. in mentem venit. Sic ille non de *Lenaeis*, sed de *urbanis Dionysiis* agit, quae μεγάλα dici noverat ex *Demosthene* suo de *Coron.* p. 488. Verissimum est, quoties *Attici* scriptores Διονύσια solum dicant, τὰ κατ' ἄστὺ Διονύσια significari. Hoc ex *Theophrasto Char. IV.* ostendit *Is. Casaubonus* p. 131. non satis sibi constans ad *Athen. VI. 15.* Sed alia in promptu sunt testimonia non minus certa. Decretum a *Ctesiphonte* de *Demosthenis* honore factum apud *Demosthen.* de *Coron.* p. 515. καὶ ἀναγορεύσαι τὸν στέφανον ἐν τῷ θεάτρῳ Διονυσίαις τραγῳδοῖς καινοῖς. Atqui *Διονύσια ἀστικὰ* hoc decreto indicari, liquidissime patet ex *Aeschine adv. Ctesiph.* p. 378. 421, et 424. *Nubes* *Aristophanes*, teste veteri *Critico* in *Didascalica*, docuit in *Dionysiis urbanis*. Atqui *Aelian. V. H. II. 13.* in eadem historia



narranda simpliciter Διονύσια vocat: quod etiam vidit Spanhem. *ad init. Nub.* Maxim. Tyrius *Diss.* III. p. 29. καὶ διέλαχον αὐτοῖς ἄροι τὰς ἡδονὰς, ἕρος Διονύσια. Hic *veris* mentio ostendit, non alia, nisi *urbana Liberalia*, intelligi. Pollux etiam VIII. 89. 90. Διονύσια opponens *Δηναίοις*, non alia indicare voluit, nisi *urbana*. Tenendum igitur, quod jure secuti sunt Hemsterhusius noster ad Lucian. *Timon.* p. 167. Corsin. *Fast. Att.* T. II. p. 328. et Taylor. ad Aeschin. *adv. Ctesiph. init.* Διονύσια simpliciter, vel per eminentiam dicta, esse *urbana et majora*. Sed forte quis dubitationem moveat ex Terentio *Heaut.* l. 1. 10. IV. 4. 11. *Dionysia* simpliciter dicente, ubi omnia in agris aguntur. *Daceria*, et *Aeg. Menagius* in docto libello de *hac Terentii fabula* Gallice scripto p. 139. Sam. Petitem *l. c.* secuti, intelligunt *Dionysia ruralia*. Quod officere videtur modo disputatis. Sed mihi vix dubium est, quin Terentius pro τῶν κατ' ἀγροδὲς Διονυσίοις apud Menandrum, simpliciter posuerit *Dionysia*, ut Romanorum *Bacchanalibus* responderent. Satis constat, eum aliis quoque locis, neglecto Atticorum more, sermonem suum Romanae consuetudini accommodasse. RUHNKEN.